fuerat amplexus et tutatus. Rursus, si quando mole  
multorum malorum premimur, non ita frangi oportet  
et decipi animo, ut no speremus Deum facile finem  
impositurum omnibus istis malis. Φ. M.

V.256.lib.2.

τοντίν, τλίν ζοὺς αὐδροσι διδωτι. Pertinet et hic  
uersus ad prouidentiam Dei. Sæpe accidit, ut boni viri  
paupertate premantur.

V.101.lib.2.

ἄλλοι δὲ ἄλλοις φεύγοσι νέος αὔγιόχοι. De uolunta-  
te Dei inscrutabili.

V.359.lib.2.

τῷδε διοὶ υπερῶσι, λα॒τη ἀλγεῖσθαινον ὄντασιν. Ver-  
bum præteritum cum aduerbio futuro coniungit, in  
quo et ostendit moram uindicationis diuinae, et oc-  
currat

*cūrīt improborum securē de ea persuasiōni.*

18. DE IUSTITIA ET  
injustitia.

*Δυσομήλιν ἀτίκη τε, συνόθεας ἀλλάλοισι, μ. 230. Th.  
Noxa sequitur neglectum legum. Nam qui legib[us] non  
attendit, damno inuoluitur.*

V. 277. lib. 1.

*ἴπει δὲ οἶνος ἐγίνεται πάντας. Dicit iustitiam non esse  
in brutis; sed propriam esse hominibus. αὐθρώποιοι δέ  
ἔλευσι οίκου, καὶ πολλοὶ αἱρέσθαι γίνεται.*

V. 236. lib. 1.

*τοῖς δὲ οίκους τεκμαίρεται, εἰτ. οἷς ὑβρίσις τ', εἰτ. ο.*

V. 220. Th.

*αἱ τ' αὐθρώποι τε θεῖοι τε, εἰτ. ο. Dicit etiam deos pu-  
niri, multò magis homines.*

V. 279. lib. 1.

*εἰ γάρ τις λίθοις τὰ οίκας αἰχορούντων  
γεννώσκων, τῷ μεν τ' ὄλβον θεοῖς σύργοντα γίνεται.*

Psal. 119. Pax multa diligētibus legem tuam, et non  
est illis scandalum. Iustinianus in §. fin. Autb. de hered.  
Leges neminem in paupertate uiuere, neq; in anxietate  
mori permittunt.

V. 212. lib. 1.

*ὑβρίς γάρ τε λακῆ θελῶ βρετῶ. Inuria imbellem  
atq; ignobilem hominem impellit, ut illa utatur aduer-  
sus aliam. Tzeczes.*

V. 331. lib. 1.

**446 IN HESIODVM**

τῷ δέ τοι οὐς αὐτὸς ἀγαίεται. Malefacta plerūq;  
redundant in caput suorum autorum: ex fere eodem  
genere mali percunt homines, quo ipsi alios perdunt.

**19. DE OFFICIO REGVM.**

οἱ δὲ φυλάσσοι τε δίνεις λοιχότλακόπιγα, n. 123.  
lib. 1.

V. 238. lib. 1.

ωννάθνι λοιχόμπασσα πόλις, ετc. Videtur esse ini-  
stum, ut propter unum malum tota ciuitas poenam  
luit. Potest autem intelligi hoc modo, quod si unus sit  
sceleratus, ut morbus quidam, inficiat totam ciuitatem.  
Nam ceteri imitantur malitiam illius. Aut hoc modo,  
quod si unus sit improbus, tota ciuitas luit poenā, cum  
non punit et reprimet malitiā, quam posset tollere et  
punire. Exemplo sit Agamemnon et Ajax. Nam ob u-  
triusq; delictum totus exercitus est afflictus diuinitus:  
quod ille filiam sacerdotis, hic autem fanum Palladis  
violasset. Proclus.

Huc referatur, quod Hesiodus reges appellat re-  
gibus: preterea quod ipsos iudices admonet, ut recte in-  
dicent. Huc pertinent et epitheta regum, deoſiggiſſiſ,  
λοιχόμονες λαῶν, etc.

**20. DE CONIVGIO.**

ωρθονιλὺ δὲ γαμεῖη, ως καὶ θεα, etc. n. 317. lib. 2.

V. 607. Th.

ως καὶ αὐτεγάμης μετὰ μοιρα γαντζε κεδρίο, etc.

V. 320. lib. 2.

ωμῆ

Ἐ μον γαρ τι γυναικὸς ἀνὴρ λαίσται, εγc.

V.313.lib.2.

ἴσπαιος ἢ γυναικα τεὸν ποτοιον δημοσι, εγc. Solon in quinta hebdomade rectum esse censet uxorem ducere. Hoc dicit in elegia quadem, ubi uim numeri hebdomadis expressit. Ibidem ait, in septima hebdomada annuum consiliumq; hominum ad summum uenisse, ac iam perfectum esse. ἐπὶα ἢ τὸν λαὸν γλωσσαν τὸ ἀδοκάσιρ μέγ αριστος. In quarta inquit corpus uigere, ac uites firmissimas habere. Huc pertinet proverbum Germanicum, dignum memoria:

Wer vor zweyzig waren nicht hüpsch wirt/  
Und vor dreißig waren nicht stark/  
Vor vierzig waren nicht witzig/  
Vor fünffzig waren nicht reich/  
An dem ist alle hoffnung verloren.

V.374.lib.1.

μενογενὸς δὲ τῷσι σώζει πατρίοιον οἶνον, εγc. Adhortatur fratrem, ut se coniungat uni tantum mulieri, ex non pluribus, ne uidelicet ex contrarijs sibi ipsi ex diuersa matre genitis filijs tristitiam sibi comparet et improvisam mortem. Tzexes.

21. ΔΕ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΙΑ LIBE-  
GORUM erga parentes.

χαίρων τε τονοῦσιν λύδος οπαῖσι, u. 438.Th.

V.318.lib.1.

ὅς τε γενῆς γέροντα λακω ἐπι, εγc.

## 22. DE HUMANITATE

erga seruos.

αὐταρ̄ ἐπεῖσαι δικῶς αὐτοῦέσαι φίλα γένεται, λαὸς  
βόε λύσαι, u. 226. lib. 2.

## 23. DE OFFICIO PARENTISFAMILIÆ.

Δικῆς λαὶ αὐτὸς, u. 77. lib. 2. ὁμοιον, τὸ δαιμονικὸν  
οἶος ἐνδα τὸ δρυάσταιον ἀμένον.

## 24. DE IVSTITIA ERGA OPERARIOS.

μισθὸς δὲ αὐτοῖ φίλῳ, ex c. u. 368. lib. 1.

## 25. DE IVSTITIA ERGA HOSTIES &amp; SUPPLICES &amp; PUPILLOS.

ἴσος δὲ ὁς οἰνέτην, ὃς τε ξεῖνον λαοὺς δρέσα, ex c. u.  
325. lib. 1.

Gellius lib. 5. cap. 13. Conueniebat facile, constabatq;  
ex moribus populi Romani, primum iuxta parentes lo-  
cum tenere pupillos debere, fidei tutelæq; nostræ credi-  
tos: secundum eos proximum locum clientes habere,  
qui sese itidem in fidem patrociniumq; nostrum deder-  
unt: tum in tertio loco esse hospites: postea esse cognati  
affinesq;.

## 26. DE AMICITIA.

τὸν φιλέοντα φίλειν λαὶ τῷ προσίοντε προσέιναι, u.  
351. lib. 1. Eum qui habet benevolum animum, ex solet  
præstare officia amicitiae, amore prosequaris. Et acce-  
denti, hoc est, suauē habenti animum, adq; conuersan-  
dum

dum idoneo accedas: hoc est, suavis esto erga illum, & cum eo contrahe familiaritatem. Tzezes.

## V. 325. lib. 2.

μηδὲ λασιγύντω λορ ποιεῖσθαι ἀτάρον, εtc. Ante-  
ferre alienum propinquum, improbatum est. Proin Ge-  
nu sura propius.

## V. 331. lib. 2.

δελός τοι αὐτὸς φίλον ἀπλοτος ἄλλον ψοιάται. οὐ  
δὲ πολύζευρον, μηδὲ δέξιον λαλέσθαι, ii. 333. lib. 2. Ha-  
bitum amicitiae signum est. Vide proverbum 59.

## V. 334. lib. 2.

οὐδὲ λασινόν ἐτάρον, μηδὲ σοδλᾶν ρανεγύρα. Non  
est credibile eius vitam prauam esse, qui bonorum scio  
per consuetudine ubitur. Huc pertinet proverbum:  
Turpibus ne scruto.

## 27. DE C O N T E N T I O N E.

ἀφρων δὲ ὁς καὶ ἰδεῖσθαι τρόπος πρέσβορος, εtc. Fastigio  
caput summitte: potentiae cede, ne cum opulentiore aux-  
maiore aut meliore contendito.

28. DE ΕΡΙΧΑΙΡΕΚΑΚΙΑ  
uitanda.

μῆτι γέτοσι χαρματα γόμης, ii. 319. lib. 2. Ne lud-  
brio simus inimici. Turpe est inimicos nostros letitia  
afficere, & ex nostris malis illis ansam nos irridendi  
prebere.

29. DE P A U R E T A T E N O N  
exprobranda.

## 450 IN HESIODVM

undēnot' ἵλοπεύλην τῷ γίλην, εγκ. u.335.lib.2. Neminem irriseris, cogitans quod uni alicui accidit, posse cuius accidere. Age potius Deo gratias, quod te extra eam sortem posuerit: et ora, tum tibi ne quid tale accidat, tum sic illi afflito saltē remedium aliquod uel equum animum: et ipse subueni, si potes. Vines. Plutarchus lib.de audiebris poetis ait, Hesiodum, dum ait τῷ γίλην, μακάρων δόσιν διὸ πέρτην, innuere, non esse eos culpandos, qui fortunae iniuria pauperes sunt: cum ignavia potius, socordia, mollitia et luxu coniunctas diuitias in turpibus et nituperatione dignis habendas.

## 30. DE LIBIDINIBVS PROHIBITIS.

ὅς τε λαογράφοις εἰ, εγκ. u.326.lib.1.

V.371.lib.1.

μηδὲ γαύει οὐ τῷον τούτοις οὐδέποτε, εγκ. Blanditiae macerum, inquit Plautus, sunt meritis uiscus.

## 31. DE FRUGALITATE.

νήπιοι, σδ' ιαστιν' οὐκ πλέον, εγκ. u.40.lib.1. Poeta regum ac locupletum immoderatum luxum taxat, et illorum fastibus popularem mediocritatem anteponit. Quid enim uillus, quam malua et bastula regia? Vt ergo lamen cibus et suavis et utilis.

## 32. DE PARSIMONIA.

εἰ γαρ λέγετο συνέργον εἰ, εγκ. Preceptum economeū cū de reponendo aliquid ad usum in posterū.u.359.lib.1.

V.366.

## ANNOTATIONES.

456

V.366.lib.1.

αρχομενος απο των ετερον. Poeta cum ad medium do-  
bi peruenit est, comparandum, et ceteris eius par-  
tibus ad satietatem dicit abutendum: optimum unum  
sine dubio significans, quod in dolij medietate con-  
stret.

## 33. DE LIBERALITATE.

λαὸν δόμου ὕστερον διὸ, λαὸν μὴ δόμην ὕστερον μὴ διό,  
U.352.lib.1.

Cicero i. Officiorum ait, largiendum esse idoneis: id  
explicat Lactantius de ijs qui restituere ac referre gra-  
tiam possint. Hanc sententiam ut profanam reprehendit Lactantius. Aduersatur eidem et proverbum: Da  
cæcus, accipe oculatus. Dicitur et vulgo:

Temporibus nostris qui cuncti placere laborat,  
Det, cupiat, querat, plurima, pauca, nihil.

V.115.lib.1. beneficētia appellatur γέρας βασιλεῖος,  
id est, munus regium.

## 34. DE CONVIVIIS.

τὸν φελόντα εἰνὶ διατακτα λαλένε, C.U.140.lib.1.

V.340.lib.2.

μὴ δε πολυεῖπες διατὰς διατάξει φελος εἶται. Eusta-  
thius in primum Odyssæ tres conuiuiorum species fa-  
cit: εἰλατίνην, quod ad splendorem ac magnificentiam  
sit apparatus: γάλιον, quod ipsum etiam sumptuosius  
esse consuevit: δραवερόν, ad quod plurimi conueniunt, sed  
suo quisque cibo sumptuoso. Ea conuiuandi ratio preci-

F 2 phe

puè probatur Hesiodo, propterea quòd, cum plurimū  
babeat iucūditatis, minimum habet sumptus. Nam tem-  
perantius & editur & bibitur, ubi quisq; de suo edit  
ac bibit. Erasmus in proverbio, Phoci conuiuium.

## 35. DE GRATITUDINE.

*σὺ μὴν μετραδοῦ πάρει γέτονος, εἰ c. u. 347. lib. 1.*  
Remuneratio, qua rependitur beneficium, modis pre-  
scribitur duobus. Eam enim uel compensatione seu e-  
qualitate munera assequimur, aut exuperantia qua-  
dam & affluentia, qua supra iustum modum redun-  
dat. Ita enim Hesiodus præcipit compēsanda munera,  
*λόγων ἀνθρώπων διάνοιαν.* Schegkius. Cicero i. Offic.  
Quòd si ea quæ acceperis utenda, maiore mensura, si  
modò possis, iubet reddere Hesiodus, quidnam benefi-  
cio prouocati facere debemus? Annon imitari agros  
fertiles, qui multò plus afferunt quam acceperunt? Et-  
enim si in eos, quos speramus nobis profuturos, non  
dubitamus officia conferre, quales in eos esse debemus  
qui iam profuerunt?

Idem in Bruto: illud Hesiodiam laudatur à doctis,  
quod eadem mensura reddere iubet quæ acceperis, aut  
etiam cumulatore, si possis.

Seneca ingratum cum censet, qui beneficium red-  
dit sine usura.

## 36. ΠΕΡΙ ΑΙΣΧΡΟΚΕΡΔΙΑΣ.

*μηδενὶ λαναὶ λαρδαίνει, λαναὶ λιρδαῖς οὐκ ἔτησιν, ε.*  
350. lib. 1.

V.319.lib.1.

αὶ γαρ τις λέπει χρόσι, οὐτος γείτε μην μαυρόσι θεοί,  
μετύθεοι δὲ οἵκοι αὐλέρι τῷ, οὐτος.

χρύματα δὲ ἐχειν πατέται, θεόστοται, οὐτος. u.318.lib.1.

Raptor opum ut sis, prestant quae numima donant.

## 37. DE MOROSITATE.

οὐδὲ μέτι νόορη λαζεγχέτω μῆδος, u.332.lib.2. Ne  
multus præ se ferat iracundiam et similitatem, sed ui-  
de ut ex animo eijciat omnem memoriam pristinarum  
iniuriarum, nulla sit significatio offensi animi.

38. DE MENDACIO ET  
PERIURIO.

μὴ δέ τοι μεθειώσῃ γλώσσης χάρεμ, u.327.lib.2.

V.280.lib.1.

ὅς δέ νοι μαρτυρήσοι μὲν ἐπίορκον ὁμόσας, οὐτος.  
Poeta exitium impendere totis familiis propter per-  
iuria testatur.

V.793.Th.

ὅς λέγει τὸν ἐπίορκον ἀπολέψας, οὐτος. Miserrimum fa-  
cit turpitudo, in qua periurium est maximum.

V.231.Th.

ἔρκομ θ, ὃς δικαίογον ἐπιχθονίας αὐθρίσκει  
τημαίνει, ὅτε λέγει τις ἐπίορκον ὁμόση.

## 39. DE VITANDA INFAMIA.

Λατιὺς δὲ βροτῶμ. ὑπολάνιο φύσις, u.378.lib.2.

Huc pertinent pareneses proverbiales: Fama pluris  
quam opes. Ecclesiast. Melius est nomen bonum, quam

## C H R I A.

Si dicam: Homerus ait, ἀνθα γαρ εὐ λανότους οὔγε-  
τοι λαζαράσσονται. Repetitur hic uersus ab Hesiodo  
u. 93. lib. i. dissimulato Homeri nomine.

L E G E S   E T   C O N-  
suetudo.

Ad sacra accedere nulli licebat, nisi lotis manibus.  
Hinc Aeneas inquit: Attrectare nefas, donec me flumi-  
ne uiuo Abluero. lib. 2. Aeneid. Et Homerus lib. 3. Iliad.  
χρόποι δὲ αὐλητοῖς διὰ λείψεων αἴθοντες οἶνον Αἰονιού. Exi-  
stimatorum enim, eandem esse animi quādū etiam corpo-  
ris purgationem: ut cum quis in flumine manus aut cor-  
pus abluisse post cædem, ille purus statim efficeretur.  
Hinc Hesiodus: μαδέποτ' ἐξήστ, u. 342. lib. 2.

Nunquam uina Ioui superiū rubentia lites,  
Ante manus fluuij quam pura laueris unda.

## D E   P O E N A   P E R I V R I I.

Erat ijs poena proposita, qui per aquam Stygiā  
peierassent, ut per quoddam temporis spaciū ab epus  
lis deorum abstimerent, & ab omni deorum consuetu-  
dine. Itaq; inquit Hesiodus: οὐδὲ μή, ερε. u. 792. Tb. De-  
clarat ibidem, qui ritus in Dcorum iuramentis serua-  
retur, dicitq; Irīm poculum aqua Stygia plenum men-  
tientibus dijs afferre solitam, cum Iupiter ita iubet.  
Καὶ ποτὶ τις φοιδαλοῦ, u. 783. Tb.

## ΕΡΙΦΟΝΕΜΑ.

Ἀφρυνθός καὶ θέλος πρὸς ληστασίας, σγc. u. 208.

lib. 1.

πύθημοσιν γαρ αρίστη θυτοῖς αὐθρώποις, λακοθεα  
μοσιν δὲ λακίγη, u. 89. lib. 2. Siue diligentia nemo  
quicquam laude dignum efficere potest.

μέτρα φυλάξεων, λαφός, σγc. u. 312. lib. 2. Modum  
esse seruandum, et occasionem seu opportunitatem o-  
ptimam in omnibus rebus.

οἵσι τοι μασάχων ιδρὺ θάσις αὐθρώποισιν, u. 93. Th.

ὅλειος, ὁς μέγα ἀγέρον σὸν αθανάτοισιν, u. 954. Th.

ἔτω τοι λακι μανογρύνει μητρὸς ἔσσα, u. 448. Th.

ἔτως δὲ τὰ ἐγι μίσθιον νόομον ἐγκλέαδαι, u. 105. lib. 1.

οἵσι ἐγι μίσθι λαέψην νόομον, ὃδε παρειθάμ, u. 617.

Th.

ἔτως ἐξ αρχῆς λαροτρόφος, αἱ δέ τε τεράνι, u. 452.

Th.

νόσοιν τοι νηῶμ, σγc. u. 278. lib. 2.

## ΝΟΕΜΑ.

ἄλγες ἔχοντες αἴρραδίαις, u. 133. lib. 1.

ἐστρ λακόν αἱματαγαπῶντες, u. 58. lib. 1.

Alludit ad L.C.de humana stultitia, que inconcessis  
uoluptatibus delectatur, ex ijs quasi saginatur, cum  
nesciat quantum mali secum uoluptates trahant.

μῆσαι γαρ μὲν διδασκαν αἴθεσφατον υμνον αείδειν,  
u. 280. lib. 2. Significat poetas esse edoclos diuinitatis.

ἐστι αθανάτος θραπόν ειρη ιθελομ, σγc. u. 134. lib. 1.

De poena impunitatis.

*sōlē γυναικες τίμωσιν, Ὅρc.u.242.lib.1. Sterilitatem esse vindictam Dei.*

*τὸς δὲ τάφορ λαὶ σὺν αἰδεῖς, Ὅρc.u.477.Sc. Sepulchra iniustorum corrupti et occultari.*

*ὑβέψι γαρ οὐτεθαλον γὰρ εἰδεῖν αὐτὸν αἰλαῖναι τὸν  
χερ, οὐδὲ τότε παρέμοιν γάνεον, u.134.lib.1.*

*ινεγήλιν δὲ μονίτερην σύρνοντα γονεῖς δρέπος λατ-  
τόπουντε, Ὅρc.u.514.Th.*

*ἔφρος αποτίση Δῆμος οὐτεθαλίας βάσιλεών, u.259.  
lib.1. Alludit ad illud: Ceca luunt miseri regum deliria  
ciues.*

*κλῦθε ἵδωρ αἴων τε, u.9.lib.1. Alludit ad prouiden-  
tiām Dei omnia cernentis et gubernantis. Psalm.94.  
Qui plantauit aurem, annón audiret? qui fixit ocu-  
lum, annón uideret?*

*ιδεῖνος δίνοις, σὺντε ἐν διός εἰσιν αἴροις, u.36. lib.r.  
Quae iudicia sunt opus Dei in genere humano, illa sunt  
optima. Deus est fons et conseruator iustitiae inter ho-  
mines.*

*νίντινος ἀθανάτης χρόνοιν λαὶ λιόδος ἔχεσσα, u.339. Sc.  
Victoriam esse donum diuinum.*

*ηδὲ λαὶ οὐ λαταὶ θυμῷρ ἐστιν, Ὅρc.u.9.Sc. Alludit ad  
locum communem de iustitia conjugum. Alcmena ho-  
norabat proprium maritum, sicut nulla unquam mu-  
lierum sui thori consortem honorauit.*

*πλατεάσται, λαὶ τότε γέρας, Ὅρc.u.125.lib.1. Genios  
appellat*

appellat diuitiarum datores, atq; hunc ijs regium honorem obtigisse, quia scilicet regum est benificia.

οἱ οἱ ἀπεινόσαντο χάριν σύμβρυσιαν, u. 503. lib. 1.

### De gratitudine.

Ἐν φρέσκων μητρῶν τελετοῖς, μὴ τὸν τεὸν αὐτὸς, u. 229. lib. 1. Beatus est dare quam accipere.

Φιλόποιδες γάναι, ταῦθι σφι πολὺ φέρτορα θοίνε, u. 114. Sc. De Hercule ex Iolas, cupientibus cædem.

Θανάτος δὲ hāi ἐπιπάγλας πορφύρας εἰλειμέλας, u. 153. lib. 1. De morte. Præterea ostendit, qualis ferocius leat esse exitus hominum Martiorum, quam tristis, miser, violentus ex intempestiis.

Ἐγαρθεὶς θυμῷ λεχαρισμένος ἵστιν αἴραντος, u. 201. lib. 2. παράβολος hāi προνιστημένος ὑπαρχώμ, homo projecta audacia, temerarius, qui nulla ratione ad res dubias ex incertas rapitur.

μῆτρας τηνίκα τέτοιο γεννόσιαν γαῖα, etc. u. 139. lib. 1. De animorum immortalitate Plato in νόμῳ sibi scribit: αἱ τῷρ τελευτησάντων ψυχαὶ αἰνάμιμοι ἔχοντες τελευτήσασι, hāi τῷρ λειτουργίαν θρύποντο προμηθεῖσαι διπλαδότας.

P R O V E R B I A, Q V I B U S V S V S  
est Hesiodus, aut ad quæ allusit, quæcūque  
ex eodem à uarijs autoribus de-

prompta sunt.

2. πατρα μάλισταρισ idōν, u. 319. lib. 2. A fronte atq; à tergo. Huc pertinet ex illud quod dicitur, Expende.

Singulorum pondus et precium estimadum, tunc quae dicturus, queque acturus, exordia, progressus, exitus rerum.

2. οὐ δέ ταῦτα μετὰ φρεσὶ βάλλειο σύνειμ, u. 272. lib. i.  
οὐδὲ οὐδὲ φρεσὶ βάλλειο σύνειμ, u. 107. lib. i. Aufsicht et perpende.

3. wiges d' alpa om̄os, ex c. u. 370. lib. i. Conuenit cum proverbiis Germanicis: Wer leichtlich glaubt / willt leichtlich betrogen. Item: Traut wol/reittet das pferd hinweg. Itē: Hüte dich/trew ist mislich. Et: Bish wirzig/ die welt ist spritzig.

4. οἵνοι βέλτορον εἴναι, ἐπεὶ βλάχοβόρ τὸ βύρυφε, u. 263. lib. i. Esse domi præstat, quia damnosum foris esse. Huc pertinet, oīnos φίλος, οīnos αργεσ. Nusquam comedimus, nusquam liberius, nusquam laetus homini uiuere contingit, quam domi. Et illud: οἵνοι μοίην θετὸρ λαζῶς σιδαιμόρα: Domi manere oportet pulchre fortunatum.

5. αἰχθίος αὐδὺρ, u. 295. lib. i. Nec sibi, nec alijs utilis.

6. ωαθὼρ οἱ τε νέπιοι σύγρω, u. 216. lib. i. Passusque sapit tum deniq; stultus. Et: αὐτοὶ οἱ αἰθαληγοις, οἱ τε οἱ λανὸρ ἀχ' οἰόνοις, u. 89. lib. i.

Accepit, tactusque malo, tum deniq; sensit.

Nihil celebratius hoc adagio, in eum quem pgenit facti. Eiusdem sententie sunt hec Latina, Greca, Germanica: Stultus malo accepto sapit. Piscator ictus sapit. Post mala prudentior. Scro sapiunt Phryges. Euentus est stab-

est stultorum magister. μῆτες αἴρει τικες γονέων προ.  
πίχθη δέ τε νόσος ἐγριεύεται. Vorgerhan vnd nachbedacht/hat manchen in groß Leid gebracht. Mit schaden wird man weiss/oder mit schanden. Wer ward hindern nach nicht witzig? Die rate mache die kinder gut. Significat miserrimam esse prudentiam, quae ex malis nostris perdiscitur. Itaq; Plautus in Mercat. Feliciter si sapie, qui alieno periculo sapit. Aliena insania frui optimum. Wer sich an einem andern spiegelt / der spiegelt sich sonfft.

7. Hesiodo tribuit Scholiastes Theocriti būc uerbi:  
μέτρος, ὃς τὰ ἕτοιμα λεπτώρ, αὐτοίμα διώχει.  
id est: Stultus, qui parata linquit, et imparata perse-  
quitur. Monemur, ut presentibus commodis fruamur,  
et absentium cupiditate nos non excruciemus. Monet  
et id quod vulgo dicitur:

V non mutabis, donec plurale uidebis.

8. μέτρα φυλάξαιδαι, u.312.lib.2. Ne quid nimis.  
Mensuram serua. Phocyl. ωντων μέτρον αἴρειν.  
Hom.Odyss.o. αἰμάτων δὲ αἵσιμα πολέμων τῷ φύσει λιπή  
ἢ πλοιονοὶ εἰ λεμὸς, ἵνα δέδοι αγαθὸν ὑπέγειον, ὅτι αἱ  
μάλλον τοῦ φύσεως εἰ. Gregorius Theologus. μέτρορ  
αἴρειν αἴπαν. Moderata iuvant. Ludouicus Villes  
ad D.Mariam, Henrici VIII regis Anglie filiam: Me-  
mini matrem tuam sapientissimam sceminam dixisse  
mihi, se quidem temperatam et mediam quandam for-  
tunam

tunam malle, quam uel asperrimam uel lenissimam: alterutrum tamen si optandum esset, electuram citius trifissimam, quam blandissimam. infelicibus non deesse consolationem, fortunatis deesse mentem.

9. *λευπὸς οὐτὶ τῷσιν ὁρίσας, u. 212. lib. 2.* Sequitur hoc post proverbum præcedens, ideoq; hic quoq; illius mentionem faciendam esse duxi. Huc pertinet illud quod celebratur inter septem sapientum apophthegmata, γνῶθι λευπόν. Pindarus in Pythijs: οὐδὲ λευ-  
πὸς οὐδεῖν ταῦτα σχετικούπλιθι: id est, tempus pariter  
in omni re fastigium obtinet. Sua cuiq; rei tēpestiuītāe.

10. *ἀν καὶ δέρος δοσάται, ποιεῖθε λαδίας, u. 121. lib. 2.*  
Aestas non semper fucrit, componite nidos. Occasionem temporis non esse negligendam. Hoc dictum, inquit Erasmus, oportuit adolescentum pueris inscribi: Nō semper uirebit etas, para quō se recipiat senectus: aut non semper erit prospera fortuna, munias animum philosophiae decretis, quo fortunam aduersam posit contemnere.

11. *μηδέποτ' εἴπεις οὐδὲ λείψαρι αὐθοπαοῖνορ χρόσιρ  
αὐτῆσιν σιμ, ΟΥC. u. 342. lib. 2.* Vsurpatur in eos, qui uel  
audacius, uel parum instructi rebus his quibus opor-  
tuit, negocium inuidunt: ueluti si quis principis munus  
capessat, nulla neq; uirtute neq; sapientia neq; rerum  
usu preditus: aut si diuinas literas interpretari con-  
etur, Graecæ, Latine & Hebraicæ lingue, deniq; &  
omnis antiquitatis rudis & imperitus. Erasmus.

22. μένοντες διώρου διερχόται, τ. c. u. 86. lib. 1. Monet ea ad que non sis idoneus, non esse capienda. Plutarchus lib. de virtute ex uitio.

23. αὐνε διώρου, u. 348. lib. 1. Iubet vincere datum beneficium, si tamen possis. Sunt enim plurima, que compensari non possunt externis officijs.

24. οὐδὲ γαρ τὸ δρῦγοιο τρίτῳ ἀπομένεται δισκος, u. 196. lib. 2. Matutinum tempus tertiam totius in die confecti operis partem absoluuit.

25. εἰ οὐκέποιος, τάχα λέπτος μέγερης διέσκεψε, u. 339. lib. 2.

Pors male dicenti dicentur plura uiciissim.

Terent. in Andria: Si mihi pergit que uult dicere, que non uult audiet. Idem in prologo Phormionic: Benedictis si certasset, audisset bene.

Eiusmodi est ex illud quod dicit poeta u. 327. lib. 2.

εἰ οὐκέποιος

τριῶν εἰπὼν αἴποθύμοιον, οὐδὲ λακού δρεπας,  
οὐδὲ τόσα τιννυδάται μεμνημόνος.

Hoc est: Si quid prior ipse

Aut uerbum aut factum dicas uero gerasic molestum,  
Ad te cum duplice redditum scenore noris.

Legitur hic uersus apud Quintilianum:

Nec male respondit, male enim prior ille rogarat.

26. Υσόδεια πολλὰ λέγειν, ἐτύμοισιν δημοία. Ex u.

27. Th. Homerus de Ulysse idem dicit, quod Hesiodus de Musis. Ions ψόδεια πολλὰ λέγειν ἐτύμοισιν δημοία.

Tzczes Chilicad.8.bist.165.

17. ἦρος τὸν αὐχετόνα ἀλυσίαν πάγκα, u.209. lib.1. Ad dedecus mala quoq; patitur. Et muss den spot jem schaden han. Ludibrij haud expers mala quem fortuna satigat.

18. ἀφρωμὸν δὲ τὸν λιθόνον τὴν ληπτίσαντας αὐτόπε-  
ελύτην, u.208.lib.1. Huc pertinent proverbia, Leonem fli-  
mular: de his qui potentem ac ferocem in suum ipsum  
exitium provocant atque extimulant. Et: Octipedem  
excitas. Et: Anagyrum commoues. Et: Contra flumulum  
calcitrare.

19. ἀνὴρ εὔπους λακού τοῖοι μεμίστησαν οἰδητὰ λυκνοῖσιν,  
u.197.lib.1. Quasi dicat: Et rosa nonnunquam crescit  
inter spinas.

20. τῆς δὲ αἱρέτης ιδερῦτα διοι, ὅτι c. u.287.lib.1. La-  
bore nobis uēdunt bona dij. Horat.1.9. Serm. Bellè buc  
congruit proverb. Nullus emptor difficilis bonum e-  
mit obsonium: ἄλεις Διοώρυς χρυσὸν στορῶν λιγέας.  
Explicatur ab Erasmo. Sophocli in Electra: πόρος τοι  
χωρὶς ἄλεις οὐτούχαι: Citra laborem nihil bene est.  
Gott gibt einem wol ein ochsen/aber nicht bei den hör-  
nern. Hinc probatur, uirtutem diuinitatis ac corporis sa-  
nitate magis expectandam esse. Quia ea que sunt diffi-  
cilia et rariora, sunt anteponenda facilioribus ex-  
uulgaribus. Aristot.1. Rhet.

21. τὴν μονήν τοι λανότασα, ὅτι c.u.285.lib.1. Congruit  
sententia cum his proverbijs: Compendiaria res in-  
probitas.

probitas: oūt̄ tōnos ī wōr̄ḡia, b̄p̄ad̄ia & āp̄er̄d̄. Occa-  
fione dūnt̄at opus improbitati. Mala ultr̄o ad̄sunt.  
Fit nescio qua natura corruptione, ut qua turpia sunt  
ut āt̄ ōt̄od̄ian̄os, protinus arripiamus: que honesta,  
nix laboribus multis inculcentur. Es ist bald geend/  
das lange schend. Man darff dem tuglück keinen bot-  
ten schicken/dann es kompt von ihm selbſt wol.

22. ἀνθεταὶ γαρ οὐ λακότεστοι βρέσσαι λαταγγάσκοι, u.  
93.lib.1. Extat et apud Homerum hic uersus. Quippe  
repente homines curisq; malisq; feneſcunt. Mala fe-  
nium accelerant. Quia cum ſpiritus uitales in corde  
compresso et coarctato propter curas et anxietates  
concludatur, non fouent et alunt calorem naturalem,  
qui etiam debilitatus efficit humidum radicale impu-  
rius, et ita paulatim extinguiuntur uires corporis hu-  
mani.

23. πολέμου λοὺς σύμπασα πόλις, et c. u. 238.lib.1. Se-  
pe mali malefacta uiri populus luit omnis. Accommo-  
datur ad societatem malorum.

Eiusmodi est et u. 344.lib.1. τίνηται λακός γέτων,  
et c. Huc pertinent prouerbia: Claudio uicinus, discess  
claudicare. Vuaq; confecta liuorem dicit ab tua. Ali-  
quid mali propter uicinum malum. Es muß ein nach-  
bar mit dem andern ein brandewor für lieb nehmen.  
Notum sit et hoc prouerbium: Salsugimosa uicinia.  
Nachbar wber den haia/nachbar wider herüber.  
24. αὐτῷ τῷ μήτρῳ, u. 347.lib.1. Eadem mensura.

Aut mensura eadem, aut melius quoq; si qua facultas.  
Officium remetiendum est eadem mensura, aut etiam copioiore. Vide γνώμην 35.

25. πλέων μην πλεόνων μελέτη, u. 278. lib. 1. Multa manus onus leuius reddunt. Significat etiam difficultas facile confici, si quis non ipse solus negotium aggreditur, sed in plures adiutores ex auxiliarios partatur. Eadem est sententia Hom. Iliad. u. πλεόνων δι τη δρόγον ἀμερον. Multorum industria nanc; plus pollet quam paucorum. Item Euripidis in Phoenissis: εἰς δὲ αὐτὸν οὐ πανθ' ὁρέσθε, Vir unus autem nemo cuncta dispergit. Erasmus.

26. γέτονες ἀγωγοι ἐνιοι, γάσταντο ἢ πνοι, u. 343. lib. 1. Vicini incincti, cincti uenere propinqui. Alludit ad proverbiū: Amici procul agentes, non sunt amici.

27. οὐδὲ λαχὺ βύλη τῷ βύλονοιτε λαχίσση, u. 264. lib. 1. Malum consilium consultori perhimum est. In eos, in quorum caput recidit quod alijs perperam consulerunt: de quibus ex hac uulgata sunt: Incidit in sycam quam fecit. Suo ipsum laqueo captus est. Hanc tecknam in te ipsum struxisti. Turdus ipse sibi malum cacat. Exempla sunt, apud Gellium lib. 4. cap. 5. de perfidia aruspicum: Valerium Max. lib. 7. de Papyrio Curse: Socratem in historia tripartita de Eutropio Ennacho. Virgilius 12. Aeneid.

— Cadit ipse Tolumnius augur,  
Primus in adversos telum qui torserat hostes.

38. ὅτι αὐτὸς ἀπόλοιτο, εἰ μὲν γέτωρ λεπτὸς ἔη, οὐ.  
346.lib.1.Ne bos quidem pereat. De laudibus boni in-  
cimi.

39. Αὖτις δὲ τοῦτο παράδειγμα, οὐ.357.lib.1. Sera in  
fundo parsimonia. Hoc adagium multi est usus, ex po-  
test accommodari ad omnes eos, qui amissis demissis  
occasionebus incipiunt sapere, ex rebus suis frustra so-  
licitius consulere. Garbitius. Huc pertinet illud: Nil in-  
usat amissio claudere septa gregge.

40. εἰ γάρ λοις λαὸς συνεργὸν ἐπὶ συνεργὸν λεπταθεῖσα,  
λαὸς θαυμὰ τῷδε ἐποίει, ταχὺς λαὸν μέγα λαὸν τὸ γεννοῖσθαι,  
οὐ.359.lib.1.

*Si paulum paulo adiicies, faciesq; ita crebro,  
Mox magnum quiddam tibi conficitur ex ingens.*

Id quod non tantum ad lucri naturam pertinet, quod  
ex minutissimis sepe maximum cōflatnr, uerūmetiam  
ad industriaū abiduum: quae si uellemus non sit, ta-  
men si perpetua atq; indefatigata fuerit, res diffici-  
llimas quoq; facile conficit: quemadmodum unicus ictus  
nibil adferre momenti uidetur ad deiciendam molens  
querni roboris, uerū ca crebris iictibus facile proster-  
nitur. Erasmus in proverbio: Multis iictibus deiciatur  
quercus. Huc pertinent ex hac proverbia: εἰ μὲν πολὺς  
εις μινόν, ἐπολὺς τὰ μεῖζα: Maiora perdes, parua  
ni seruaueris. Et: Minutula pluia imbrē parit. Quo-  
ties res mitio pusilla crescit in maius.

31. πλάτων δὲ αἰρετὸς λαὸς ἀνδαῖ, οὐ.321.lib.1.

Fortunam uelut pedissequa sequitur sapientia et splendor uirtutis. Quomodo autem dicit poeta, uirtutem sequuntur dinitias, quae potius ad intemperatiam et cõtumeliam homines mouentur. Hic alij quidem affirmant, quod uirtus sequatur diuitias proprio ingenio, et labore partas: nec sane male dicunt. Ego uero dico, quod etiam quomodo cumque comparatas diuitias comitetur uirtus, non tamen reuera presens, sed opinione duntaxat apparens. Eorum enim qui ditescunt, alios quidem sapientes, alios industrios vocant, et alij aliter illorum dignitatem adulando amplificant. Tzeces. Huc pertinet illud Horatianum: Et genus et formam regna pecunia donat. Item: O ciues ciues, querenda pecunia primum, virtus post nummos. Est et illud elegans, quod extat inter dicta Rabbinorum: Vbi non est farina, ibi non est lex: ubi non est lex, ibi non est farina. Per farinam intelligit τὸν πλέτον, id est diuitias, seu uictus necessaria, que ubi desunt, non possunt diu durare studia bonarum literarum, praesertim sacrarum. Conuerso autem propositionis hec est sententia: Comparata sapientia et eruditione, facile obtinebuntur diuitiae et aliae uitae commoditates.

32. φέαν δὲ στις πάμπαν απόλλυσαι, u. 381. lib. 2.  
Non omnino temere est quod uulgo dicitur. Dicitur  
et hoc modo: Rumor publicus non omnino frustra est.  
Erasmus ait, posse bifariam accipi sententiam: nimirum,  
aut non planè falso nideri quod plurimis est in ore,  
quodip;

quodq; populi consensu approbat: aut non prorsus aboleri posse rumorem etiam falsum, qui iam in uulnus dimanarit. Huc alludunt hec Germanica: Man heiſſe selten ein Ruh Blümlein/ sie hab den einen bündem flecken. Et: Wer ein mal in der leut mundt kompt/ der kan vbel wider darauß komien.

33. θεὸς τὸν ἄγιον λαῦτην αὐτῷ, u. 382. lib. 2. De fama. Mirra quædam res est, quod occultissimæ ſepe fraudes publicantur & omnibus innotescunt, cum primus illius rumoris author ignoretur. Itaq; ſunt qui diuinitus hoc fieri existiment. H. Volfius.

34. μέρη δὲ αὐτόθι ἡ πάτη εἰμι περι, u. 96. lib. 1. Alludit ad proverbiū: Aegroto dum anima est, ſpes est. Item: Spes in labro pyxidis. Item: Dum uiuis, ſperare licet. Wir hoffen/ ſo lang vns der athen im leid iſt. Admonet, ne in afflictissimis quidem rebus ſpem eſſe abſciendam.

35. ἀλλοτε μητρίην πέλει ἡ μέρη, ἀλλοτε μῆτηρ, u. 61. lib. 3. Ipsi dies quandoq; parens, quandoq; nouerca eſt. Huc pertinet illud, σὺ λανᾶς, id eſt, mediocriter. Vita humana partim ex prosperis & letis, partim ex tristibus & aduersis conſtat. Gellius lib. 17. cap. 12. Phauorinum ait in laudibus quartane febris non inueniſt̄e luſiſſe hoc modo: Versus, inquit, eſt longo hominum euo probatus, ἀλλοτε μητρίη, &c. Eo uersu significatur, nō omni die bene eſſe posse: sed iſto bene, atq; alio male. Quod cum ita ſit, ut in rebus humanis bene aut male

nice alterna sit : haec biduo medio interuallat febris : quanto est fortunatior, in qua est mīa μητρία, abo un-  
tipes.

36. Καὶ ὅποις πάγκαιος ἔμαρ, u. 49. lib. 3. Omni ex parte dies malus haud obuenerit unquam. Astrologi designant quosdam dies fortunatos aut infelices, sed his eis his rebus : nullo tamen die indulgendum est ocio, quod nullus sit adeò inauspicatus, quim alicui negocio sit felix, si quis rectè utatur concessso tempore. Dies infaustus gerendo bello aut navigationi, felix est admistrandæ rei familiari. Nullus autem dies non prosper parandæ bone menti. Erasmus in proverbio, Nullus dies omnino malus.

37. οὐκεγόνος αἴσθη, u. 28. lib. 1. De malo immedicabili. Eiusmodi est et illud : λανῆ δὲ ἐν τοῖς αἰλιν., u. 299. lib. 1.

38. πλέιν μὲν γαρ γαῖαν λαππῶν, πλέιν δὲ θάλασσαν, πλοι. lib. 1. Deploratio calamitatum et eruminarum in genere humano.

39. λαυδὸς οὐδὲ λαύδης, u. 24. lib. 1. Caritatem an-  
tione sequitur pestilens. Cum enim fame uexati malis  
alimentis utantur homines, et simpliciter dicendo, for-  
tes fortuna oblati sine ullo discrimine cibis etiam innite-  
suscantur, humorum pestilitatem sequi necesse est. Tze-  
ges. Hinc proverb. λαυδὸς μέτα λαυδῷ.

40. πανταὶ γαρ ἐπίρροτοι σύρρονται, u. 178. lib. 2.  
De somno byberno.

41. ὁτὶ αὐόγεος ὡρ πόδα τούτα, u.142.lib.2. Cum exobis suum rodit pedem. Erasmus accommodat ad significacionem egestatis.

42. λεπῆν γέ παχυνόδα χασι πέροις id est: Gracilis autem manu pinguem pedem prenas. u.115.lib.2. Paupertatem significat. Manus enim gracilescunt same: pedes intumescunt frigore. Venustius erit, si longius transferatur ad uiaticum parandum senectui, aut familia. Erasmus.

43. μαλίποτ' οἰοχόλιν τιβίου λεπῆν πόδην τινότων, u.362.lib.2. Hoc potest intelligi bifariam uel ut prohibeat cyathum et paruum poculum supra craterem magnum collocari, ut liceat cuiq; inde haurire quoties et quantum uelit, et ita potentes habent an-sam largius bibendi et se inebriandi: uel ut ne uelit in coniuicio solenni et frequenti atq; hilariori, paruum poculum pro cratere apponere: quia hoc sit parum liberale et decorum, cum tum liceat et conueniat hilariores esse, et largius bibere. Plutarchus in primo intellectu uidetur accepisse, libro cui titulus Coniuicium. Sic enim ait: Vbi tales conueniunt neri, quales nos, etc. plerunque finentes cyathum super cratera quiescere, quod Hesiodus prohibuit fieri apud eos qui bibere potius quam disserere norunt.

44. ειναι τὸ δι τε άργας αιδέσσεις, u.74.lib.2. Cen-tum plaustrī trabes. Eo(inquit Erasmus)utimur, cum significamus id quod à nobis petitur magno constare.

45. οὐ τοῖς γαρ τέλος ἐγίρθησεν αὐτὸν τελετὴ,  
τι, u. 287. lib. 2. In omnia potentes. Est enim in his pari-  
ter sita summa boni; maliq; id est, possunt plurimum  
uel nocere, vel prodesse. Quidam quidem à poeta de diis  
dictum, accommodare licebit vel in hominem, cuius  
summa sit autoritas: vel in rem, que plurimum habeat  
momentum: veluti in principem, aut uermenter gratio-  
sum, siue in pecuniam periculum, vel in literas ac uer-  
tutes serio. Erasmus.

46. στρατη χαίρεται λαοῦ, θέρει αργυράδει, ὃδετοι ἑ-  
δηλοῦ, u. 258. lib. 2. Hyberno dirum, triste estu, optabile  
mimquam. Non incommodè hic uersus παρομιώνε  
potest usurpari, de omni regione siue patria cuiuscun-  
que, que nulla ferè anni parte commendari posuit.

47. ιπ' αὐτέρη καὶ ἔτι ρύνῃ, u. 102. lib. 1. καὶ μήδε ὅτι ἀ-  
νδρίζει, λακού ὅταν φάσις ἴστορος δλόθη, u. 237. lib. 1. ὃδετοι ἡ-  
μεροὶ ὃδεται ρύντωρ, u. 174. lib. 1. Habet Latini poete  
similia. Horat. Manc. ex uesperi. Idē: Urget dictu nox,  
et Epod. Ab occasu ad ortum, 4. 28. Et: Nodisq; diesq;.

48. λεπταλὺ λακού γύρασα, u. 205. lib. 2. Simile illi: A  
capite usq; ad calcem. Cum rem totam significamus.

49. εἰν αὐτῷ γύρω τὸ λαός τας αράχνια, u. 93. lib. 2. Aran-  
neus eis cere. Causa significamus imitatem ex inopia:

Est ex alia forma huius prouerbij: Aranearum plenus  
alius, αράχνια μήδετο τὸ γαστόρα. Catullus:  
Plenus foccus est aranearum. De extrema egestate.

50. μεσοδιαβασμός, u. 334. lib. 1. Vti possumus, quoties  
conatus

*επειδής* nostros non defuisse significamus.

51. Αργυματά γαρ ψυχή τόλει αν δελοῖσι βροτοῖσι,  
u.304.lib.2. Pecuniam esse uelut alteram hominis a-  
nimam.

52. εἰς λίρης λίρης, u.262.lib.2. De lucro conti-  
nuo et magno.

53. Χρήματα ἡχεῖ παιᾶτε, θεόσθοισι τολλὸν αμείνω,  
u.318.lib.2. Alludit ad proverbiū, Malè parta malè di-  
labuntur. Ubel gebunnen/Ubel entrinnen. Ubel ge-  
wünnen/Ubel gelungen. Item:Ubel gewinnen/Ubel  
verschlagen.

54. μόδι ἀπὸ χυλοπόδων αὐτοκέφατων αὐτελόντα  
ἰδεῖν, μόδι λόεσθαι, u.366.lib.2. Quantum ad simpli-  
cem attinget sensum, docet ne ritu pecudum ad cibūs  
capiendum irruamus: sed ita demum edamus, si prius  
inde primicias diis immolauerimus. Sed proverbialius  
fuerit, si intelligamus, nos esse spoliādos, nec inhūmanius  
expilando ministros aut seruos nostros, uerū et il-  
lis aliquam pecuniae portionem relinquendam, quo ui-  
uant. Fortassis quadrauerit et in his, qui prepropera  
auditate cōmodum auferre student, priusquam opor-  
teat, et quodammodo messem facere priusquam matu-  
ruit seges; ueluti si quis legatum aut promissum statim  
cuestigio flagaret, cum ciuius sit in dies aliquot silens;  
aut si quis modò noctus imperium, protinus incipiat  
populum exactionibus spoliare. Erasmus.

55. πλέον ἕμισυ ταῦτα, u.40.lib.1. Dīnādium plus

toto: siue, Plus medium toto. Tzczes Chil. 7. hist. 124.  
ita exponit duobus ueribus:

τυτέγι, τὸ βραχύταλον, τὸ ἵν αἰνεῖς μέγες,  
ὅπερ πολλὰ μαθήσουν αδίκων ὑπόφερον.

Exiguum iuste partum excellit multis iniuste per-  
tis. Huc pertinet illud: ἵν οὐ τῷ μεγάλῳ τὸ σῦ, αλλὰ  
οὐ τῷ σῦ τὸ μέγα. Alij accommodant ad αὐτούς κάτι.  
In omni uita res mediocres incundiores ac flabiliorece  
sunt, quam vasta ac immunes. Mediocritas nimietate  
prestabilior. Hinc Claudianus: Vixit exiguus melius.  
Est itaq; dimidium Modicum, totū uero immodeium.  
56. τὸρ φιλέογηκ φιλέην, u. 251. lib. 1. Gratia gratiam  
parit.

Aequum ut ametur amans, qui accedit iungitor illi.

Da tibi qui dederit, qui non dederit tibi ne da.

Danti aliquis dedit, at non danti non dedit ullus.

Quibus significatur, beneficium imitari beneficio, Cr.  
officium officio prouocari. Huc pertinet: Per pari re-  
ferre. Et: Amico amicus.

57. αλλὰ τε πολλὰ αἴματαν ἐφόρει, μέγα δυσά-  
vnu βασιλεῖς, u. 38. lib. 1. Alludit ad proverbiū, Argen-  
teis bastis pugnare.

58. μηδὲ πολὺ εὔορ, μηδὲ αἴσιον μαλισθαι, u. 333.  
lib. 2. Nec multis, at nec nulli dicaris amicus. Quidia pro-  
sus citra ullius amici consuetudinē uiuere, ferinum atq;  
iniucundū uidetur esse: rursus nec uebementer uiuere  
possumus simul multos, nec pluribus moratu gerere.

59. παύειν

59. πάντα τούτα μέσος ὁρθού πόλεμου πάντα νοίσαται,  
u.265.lib.1. Homerum:θεοὶ δὲ λιμονὸς ὄμηται. Vsus preci-  
pius, quando aliquem à peccando deterrere uolumus  
metu diuinae presentiae.
60. αἰνοῖσιν δῆμος αὐταῖς αἰσχύνεται, οἱ λυγα-  
ριστες, Cf. u.258.lib.1. Regum delicta subditi depen-  
dent. Conuenit cum Germanico: Wenn die Herren  
einander treffen wollen, so müssen die Pauken die hant-  
darleihen.
61. τὸ δὲ εἴδεντες αὐτὸν πορφύραν, u. 206.lib.1. Tyrann-  
i nox de alterius uita pro libidine statueris. Conue-  
nit cum illo: Sic uolo, sic iubeo, sit pro ratione uoluntas.
61. θρησκευασθαι, u.186, lib. 1. Antiqui parentibus  
τὰ θρησκευα σε περιλειψαντα, Conuenit cum proverbio,  
αὐτοτελεργαστήρ, mutua beneficiorum uicē rependere.
63. ζωμόται τέλεα γοργούντι, u.232.lib.1: Horat. Lau-  
dantur simili prole puerperæ. Contrarium illi: Hand-  
canit paternas cantiones.
64. οὐ μη γαρ τε γυναικῶς αὐτῷ λαζεῖται διπειροῦ τὴν  
αγαθὴν, τὰς δὲ κύριε λανῆς διπειροῦ ἀλλα, Cf. u.320 Cf.  
521.lib.2. Huc pertinent proverbia Germanica: Über-  
weile dich nicht. Wer tanzen will / der sche wol zu/  
welche er bei der hand nimpt. Formina enim nihil pesti-  
lentius. wōp hāt bādāsā hāt juwā hānā tēga.
65. οὖν εἰ τιπέριος ἤξει, οὐ τίλος διεκθέσει, u.215.lib.1. Tandem bona causa triumphat.
66. οὐδὲν αὐθόποτοι λαντάνει, u.196.lib.1. Veluti

dicat secundum proverbiū: ωνος λαχωρα, id est, si-  
cūt cōfūctū est singulū. Sunt enim alij aliarum gen-  
erū mores.

67. χεροδίαι, u. 187. lib. i. qui manūm mi iustū  
metiuntur. Ex hoc defluxisse uidetur proverbiū: οὐδε-  
ποιος οὐ τὴ χεὶ τιθέται, ius in manu reponere. De-  
īs qui sunt equi tyrannis, aut qui arma legibus prefer-  
unt, aut demiq; qui potētiorib; in iudiciis fauent ne-  
glecto iure. Idem dicuntur: αἰλαχέρ τηνῶ εὐθάρη,  
acuto dividere ferro. Junius.

68. οἰκτῶ λαντάρχαι, exc. u. 262. lib. i. Cum le-  
dimus alios, nos ipsos nesciō magis ledimus. Quod si  
exim alij pecuniarum iacturam faciunt, nos animi da-  
mnum incurrimus. Proclus; τὰ γογ λαντάρχαι μέγαρ-  
τηνάρχαι τὰ λαντάρχαι, οἱ λαντάρχαι μέγαρχοι στρ-  
ατιώρες τῆς πόλεων ἐν.

69. λαντάρχαι ιατροί, u. 350. lib. i. Lucrum  
malum equale dispendio. Utinam bāc sententiā cūm  
mortales omnes, tum p̄cipue negotiatores non scri-  
nūs, sed pectori inscriberent suo, ducerentq; non esse lu-  
crum quod iactura bona mentis cōparetur: neq; quicq;  
quam utile esse, quod non idem sit honestam. Erasmus.  
Pindarū in Isthmīs: τὸ διανυκτηρεῖσθαι  
τα κοῖτα ταλαγήται. id est: Quod pr̄ter iustum est dulcis  
et exīsum habet amarissimū. Elegans est: Et illud quod  
dicitur: iustum p̄cium summum lucrum. De Micyri,  
mus p̄tū amēde p̄ca, multa bene p̄ceptūs.

70. οὐδὲ γλώσσης λνίας εἰσαγεῖται, u. 320. lib. 1. Lingua præ-datur. De hominie parato turpis compendij et lucelli ergo omnia humana et diuina iura periurio uiolare, et ad omnem spem questus et rapinae dolis ac malis artibus linguam suam exponere.
71. αὐτὸς εἰπούσιος λαζαράρια, u. 321. lib. 1. De homine aparo. Est ibidem ex hoc: λέπρας ρόση εφανεῖται αὐτούς πάντας.
72. αλλάζεις τεχνῶν, u. 349. lib. 1. Et, τέλος αλλα-  
ζει, u. 376. lib. 1. De discordia improborum, et mutui-  
laniens.
73. μεθός de uidei φίλων αγνοοῦσι αρπαγήν, u.  
368. lib. 1. Aequa uero mercet fac prestituatur amico. Pitthei preceptum fuit celebrissimum, quo iubebat  
inter amicos ex equo et uero debere omnia agi. Pla-  
tarchus.
74. Καὶ λορανοὺς καὶ παραβολότα, λαζαράρι-  
τεψιν, u. 25. lib. 1. Figuli figulo inuidet. De emulatione  
inter ἀμοιχούς. Aristoteles lib. 8. Et h. λορανοί παν-  
τας τὰς τοιά τις αλλάζοις φασι. τινει. id est: Omnes e-  
iusmodi figulos inter se se aiunt esse. Es ist dem eiens-  
hund leid/dasj der ander in die Lüchen gehet.
75. μάλιστοι εἰνοίσι τε παντά πίστιν λοιδούς τιθεσθαι,  
u. 307. lib. 2. Ne uni nauis facultates. Ne quid aggredia-  
ris, in quo sint universa periclitanda. Non omnis stan-  
tium alacri cacienda est. Periculosa est nautica negotiatio.
76. μάλιστοι εἰνοίσι παντά πίστιν λοιδούς παντα,

μήτοι ἐργούμενήν τερψίην λανέργυαν πορών. id est: Ne cum domum fabricans linquas multilamq; rudemq;. Ne fors infideat cornicans garrula cornix.u.55.lib.2. Significat διαβολῆς unicusq; negocio , quod semel instituerimus, finem idoneum imponendum esse, ut nihil defideret omnino, et ubiq; committendum ad perfectionem. Ita si quis adhortetur aliquem ne literarum studium deferat, sed laudabiliter institutis summa imponat manum, ne vulgo ludibrio sit quod à bene cooptis destituit, hoc uerba uti poterit. Huc pertinet Germanicum. Besser tis vabegunscu/ dann vngcndet. id est: tolerabilius est non incipere aliquid, quam incepia deficerere.

77. ὅργον δὲ σάδην ὄρεδος, σάργον δι' ὄρεδος, u. 309.lib.1. Non probrum est operari, at est censatio probrum. Est inter eos quos Socrates proverbiorum uice frequenter usurpabat, quo dehortabatur iuvenes non solum ab ocio, ueram etiam ab actionibus infrugiferis: siquidem eos appellabat ociosos, qui alea, compotationibus et scortis etatem absfumerent.

78. ὅργον εἰπεὶ ὅργοι, u.380.lib.1. Hoc utinam, cum nullum opere finem significamus.

79. Διὸς γαρ τοι μάντας δοργῷ σύμφορος αὐδεῖ, u.300.lib.1. De ignauis.

80. οὐλότρον λάμπετος ερείηλισταν ιρανήν τε, u.399. Tb. Atq; metunt uenrem in propriam, suorum alienam. Huc pertinet prouerbium: Alij scimere-

tem faciunt, alij metent.

81. ταρπα μετέχει λυδοῦ ἀγρόπετο, u.129.lib.1. Hinc uidetur ortum proverbium, ταρπα μετέχει μάνη, apud matrem manere: de ijs qui per ignorantiam semper domi manentes, sibil audent preclari facinoris. Ita et hodie vulgus matris filium appellat adolescentem deliciis educatum.

82. πνωδέλεορ μηδὲ ὑπὸρε παπῆς λαζαθῶ, u.45.lib.2. ὑπὸρ λακτῖον θεῖναι πνωδέλεορ, id est, supra fumum se ponere gubernaculum: id est, navigationi super sedere. Dicitur in genere de rebus securè sepositis quasi supra fumum, ac proinde neglectis. Cui oppositum est, en la trē λαταθεῖναι: id est, extra fumum deponere.

83. πολλὰ δὲ αὔργος αὐθὶς λοριλὺ τὴν εἰπίδηλη μάρων χρνίσωρ βιότορο, λακτὶ προσαλίξατο θυμῷ, u.116. lib.2. Ocia dant tertia. Ignarus cum per inanem suam spem est falsus, et inductus in egestatem nescius, ad malas artes et multa flagitia et facinora solet impelli. Macander: Λαλῶμεν δὲ αὐθὶς δελλὰ τὰ φρονίματα. Ignororum uirorum ignave sunt cogitationes.

84. τρεῖς ὑδατος προχέιν, τὸ τέττατον λέμενον εἶναι, u.214.lib.2. Tres miscetis aquae partes, sit quarta Lycei. Huc pertinet proverb. Dionysium equore mergendum. Significatur autem uersu Hesiodio unum admodum dilutum et aquosum.

85. μέλι αὐτὸν κελοίο τέσσαμονος ὁρῶσ οὐρχᾶν, u.345.lib.2. Aduersus solem ne meijto. Commendatue  
HETE-

uerecundia. Plin.lib.28.cap.6. Magi uerant cines et asse  
(scilicet quod auguria ualestudinis ex urina traduntur)  
contra solem lunamq; nudari, aut umbram cuiusquam  
ab ipsa respurgi. Hesiodus iuxta obstantia reddi sus-  
det, ne deum aliquem nudatio offendat.

86. αὐδίως δὲ ἐν ἀγαθῇ λεχεναιοῖς αἰδεῖς λυπή,  
u.315.lib.1. Verecundia inutilis uiro egenti. Verum ho-  
mini pudor hancquam conductit egeno. Sententia  
est: Pauperem non debet pudere, labori incumbere. Ha  
inutilem esse pudorem, qui deterret à discendo, quod  
turpe fit nescire. Horat. Incurata malus pudor ulcera  
celat.

87. οἱός μεγάλοι ἔπητι, u.4. lib.1. μεγάλος οἱός  
οὐοὶ τρέσελατο, u.1002. Th. αὔγιόχες βαλῆος οἱός νη-  
ληυθέταο, u.99. lib.1. οἱός μεγάλος οἱά βαλᾶς, u.  
121.lib.1. φύως φραδιμοσύνησιν οὐομπίδ, u.243.lib.1.  
Sic diis placitū. Sic Ioui gratum. Deus ita uoluit. Quic-  
quid homini acciderit aut commode, aut secus, uulgus  
dicitur Deum ita constituisse. Sic uisum superis. Eo e-  
tiam utimur, quando causam rei assignare nescimus.  
Ouid. Sic illum fata trahebant.

88. αἰνιὰ τάχ' ὅπιο ἑολπα τελέα οἰατο τρόπιντρα-  
νον, u.371.lib.1. Sed haec non puto facturum iouem.

89. εἰ μὴ διὸ πρόφρωμ γε ποσαδάμην εἰνοσίχθω,  
εγ. u.285.lib.2. Nisi deus impediuerit. Homo propos-  
nit, Deus disponit.

90. Εἰ τέλος αἵτος ὑπισθῆνεν οἰλύμπιον ιθλῶν οὐα-

90. u. 92. lib. 2. Deo faveute. Si deus annuerit.

91. πέρια δέ λύρ τελεόντος μερος πάσιν απωτελού ὅλον,  
u. 377. lib. 1. Deum esse datorem diuitiarum.

92. πέρια μηνὸν γαρ βερατε. πέρια οὐ βερατοντα χαλεπῆς, u.  
4. lib. 1. Horat. Od. 34. lib. 1. Valer ita summis Mutare,  
et insignem attenuat Deus. Obscura premens. Per hoc  
summam Dei potentiam intelligimus.

93. λαζαδιών αμην δὲ ερδειν, u. 334. lib. 1. Diis immor-  
talibus catenus est sacrificandum, quatenus fortunarum  
nostrorum mediocritas admittit. Huc pertinet Symbolum Pythagore: Nudis pedibus sacrificia et adorato.

